




NUnquid uenaberis leenæ præ
dā, & bestiis catulos implebis?

Vt incuruentur in habitaculis,
sedeant in tabernaculo ad insidias?

Quis præparat coruo escā suā,
quādo pulli eius ad Deū clamant,
errantes sine cibo?

Nūquid cognouisti tēpus par-
tus rupicaprarum, partum cerua-
rum obseruasti?

Dinumerasti mēses quibus im-
pregnantur, & cognouisti tēpus
partus earum.

Inclinātur in partibus suis, dis-
secantur, partus suos proiciunt.

Pinguescunt filii earū, crescunt
foris, egrediuntur, & non reuer-
tuntur ad eas.

Quis dimisit onagrū liberū? &

A N N O T. I N H I O B

uincula onagri quis soluit ?

Cui dedi desertū pro domo , et
pro habitatiōibus suis , sterilia loca

Ridet tumultum ciuitatis , cla-
mores exactoris non audit .

Inuestigat montium pascua , &
omnia uirentia inquirat .

Nunquid desyderabit Rhinocero-
ros seruire tibi ? aut habitabit ad
præsepia tua ?

Nunquid alligabis rhinocero-
ti in sulco iugum suum ? aut occa-
bit profunda post te ?

Nūquid cōfides ei , propterea
quod multæ sit fortitudinis , & di-
mittes ei labores tuos ?

Nunquid credes ei , ut reducat
frumentum tuum , & in horreum
tuum congreget ?

A N N O T . I N H I O B

significat foris: sed uidetur mihi commodius esse, si pro duabus dictionibus sumatur pro (in tritico, seu pabulo) est enim  frumentum uel pabulum, ut conueniat cum eo, quod supra dictum est: Mares pinguescere autumnno, frumenti tempore.

QVIS DIMISIT ONAGRVM &c.

Onager. Onager bestia est, minime omnium domabilis: montibus gaudet, ridet tumultū hoīm, quod sciat suæ fortitudinis neminem posse resistere, non curat clamores insequentium, in motibus escas quærit, & uirentia præta inquit: hæc igitur bestia, non mediocriter mirabilis Dei potentie uestigium est. Sub onagris aut Scri

Adulescēptura, sæpe nobis proponit indomita adolescentumtes, Ty³ ingenia, & feroces tyrannorum animos, qui nullis ranni, onagri Dei beneficijs, nulla gratia, cicurari possunt.

gri. NVNQVID DESYDERABIT RHINO-

Rhinoceros. Rhinoceros, similiter animal indomabile est, unius in nari cornu, hostis Elephanti: cornu ad saxa limato, præparat se pugæ, in dimicatione alium maxime petens, quam scit esse molliorē: in hac igitur bestia, rursus prodit sese sapientia Domini, quam nobis proposuit, uelut exemplar, & doctrinam, ut discamus quibus artibus sit cum hoste congregiendū, hostes enim ea maxime parte, aduersariorum irbem adgrediuntur: qua infirmior est.

est.

est: sic & Satanae astus discendi sunt, ut eos caueamus, nam & ipse ea parte nos oppugnat, qua sumus imbecilliores, scilicet per concupiscentias & uoluptates quibus facile capimur. Porro, Rhinoceros usq; adeo indomabilis est, ut nulla arte ad praecepta alligari possit, & subiugum mitti, ut aret agros eorum aut boi more, & occet sulcos paulo profundiores. Nam etiamsi curru alligatus fuerit loris, non tamen ob nativam eius ferocitatem audebis ei credere, ut uehat ad horrea labores tuos, hoc est, frumenta, pabula & uina. Quod si hanc, qualemcumq; bestiam, in tuam potestatem redigere non poteris, quomodo praeualeres contra eius creatorem?

Penna struthionum iucunda est, praepenna ardeae & accipitris.

Cum dereliquerit in terra oua sua, tu ne in puluere calefacies?

Obliviscitur quod pes conculcare ea posset, & bestia terrae triturare.

Induratur ad filios suos quasi non essent sui, frustra laborat nullo timore.

Q. 2